

F

DM 2699

DIE III MARTII.

NATALITIA SANCTORUM

HEMETHERII ET CELEDONII, MARTYRUM.

DIE XXXI AVGUSTI.

TRANSLATIO SANCTORUM

HEMETHERII ET CELEDONII, MARTYRUM.

1656.

III MARTII.

NATALITIA SANCORUM

HEMETHERII ET CELEDONI. MARTYRUM.

DIE XXXI AUGUSTI.

TRANSLATIO SANCORUM

HEMETHERII ET CELEDONI. MARTYRUM.

1611

✠
DIE III. MARTIJ.

NATALITIA SANCTORVM
HEMETHERIJ,
ET CELEDONIJ
MARTYRVM.

DUPLEX PRIMÆ CLASSIS, SINE OCTAVA.

Omnia dicuntur, ut infra de Translatione.

*Hoc festum, si occurrat fer. iv. cin. vel
1. Domin. in Quadrages. transfertur in
diem perendinum: quo casu in 1. vesp.
non fiet comm. S. Casimiri; si verò præ-
cesserit off. SS. Angelorum Custodum.
vel Dominica, de ipsis fiat comm. tantum.*

*Ex alijs Dominicis non transfertur;
sed ipsa die Dom. fit off. de Festo, &
comm. in utrisque vesp. laud. & Missa,
cum 1x. lect. de Hom. Dom. Cujus Evang.
legitur in fine Missæ. Quod servatur in
ferijs post iv. cin. occurrentibus.*

*In ij. vesp. fit comm. S. Casimiri, vel
Dom. si sequatur; non verò S. Lucij.*

Die xxxj. Augusti.

TRANSLATIO SANCTORVM
Hemetherij, & Celedonij Marty-
rum.

Dup. 1. classis, cum oct. omnia sunt

*de communi plur. mar. hisce proprijs, &
appropriatis exceptis.*

*Si festum hoc venerit in Dom. de ipsa
fiet, ut supra, comm. & Initium Libri
Iob ponetur die crastina.*

AD VESPERAS,

*Antiph. Omnes Sancti. Cum reliquis de
laud. Psal. Dixit Dominus. Cum reli-
quis de Dominica, & loco ultimi, Psal.
Laudate Dominum omnes gentes.*

Capitulam.

Sap. 5.

Iustorum animæ in manu Dei sunt:
& non tangeat illos tormentum
mortis. Visi sunt oculis insipientium
mori: illi autem sunt in pace.

HYMNVS.

Scripta sunt Cælo duorum
Martyrum vocabula,
Aureis quæ Christus illic
Annotavit literis:

△

Sancti

Sanguinis notis & idem
Scripta terris tradidit.

Pollet hoc felix per orbem

Terra libera ftemmate:

Hic locus dignustenendis

Oſibus viſus Deo,

Qui beatorum pudicus

Eſſet hoſpes corporum.

Hic calentes hauſit undas

Cade tinctus duplici:

Illitas cruore ſancto

Nunc arenas incolæ

Confrequentant, obſecrantes

Voce, Votis, munere.

Nemo puras hic rogando

Fruſtra congeſſit preces:

Latus hinc teſſis reuerſit

Supplicator ſletibus:

Omne, quod juſtum popoſcit

Impetratum ſentiens.

Sempiterna ſit Beata

Trinitati gloria:

Aqua Patri, Filioque,

Par decus Paraclito:

Vnius, Trinique nomen

Laudat Voiverſitas. Amen.

7. Latamini in Domino, &c.

8. Et gloriamini, &c.

AD MAGNIFICAT

Antophona.

Iſtorum eſt enim regnum calorum,
qui contempſerunt vitam mundi, &
pervenerunt ad præmia regni, & lave-
runt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

Oratio.

DEus, qui glorioſos Martyres
Hemetherium, & Celedonium
in tui nominis conſeſſione roborati:
concede propitijs, ut, quorum Cor-
pora veneramur in terris, eorum af-

pectu perſequamur in Cœlis. Per Dñm.

*Non ſit comm. Dominica forſam præ-
cedentis.*

AD MATVTINVM

Invitatorium.

Regem Martyrum Dominum, * Ve-
nite adoremus.

Psalm. Venite exultemus Domino.

H Y M N V S.

Forte tunc atrox, ſecundos
Iſraelis poſteros,

Ductor Aula mundialis,

Ire ad Aram iuſſerat:

Idolis litare nigris:

Eſſe Chriſti defugas.

Hic duorum cara fratrum

Concaleſcunt pectora,

Fida quos per omne tempus

Iunxerat Sodalitas:

ſtant parati, ferre, quidquid

Sors tuliffet ultima.

Seu foret præbenda cervix

Ad bipennem publicam:

Verberum poſt vim crepantum

Poſt cataſtas igneas:

Sive pardis offerendum

Pectus, aut leonibus.

Noſne Chriſto procreati

Mammonæ dicabimur,

Et Dei formam gerentes

Serviemus ſaculo?

Abſit, ut Cœleſtis ignis

Se tenebris miſceat.

Hæc loquentes obruuntur

Mille pœnis Martyres:

Nexibus manus utraſque

Flexus involuit rigor:

Et calybs attrita colla

Gravibus ambit circulis.

Sempiterna ſit Beata, &c.

In primo Nocturno. Omnia de comuni, etiam lectiones, ut in Breviario.

In secundo Noct. Lect. iv.

Hemetherius, & Celedonius Fratres Legionenses Marcelli Centurionis Martyris Filij, aliorumque insignium Martyrum, qui diversis temporibus, & locis pro Christo passi sunt Germani Fratres, postquam diu, fortiterque sub Romanis Vexillis meruerunt, mora in Christianos savissima persecutione, paribus votis, constantique animo semet invicem adhortantes, decreverunt, relictis Gentilium Castris, ad Christi militiam transire. Ardore itaque fidei succensi, dum alij veræ fidei cultores in tentatione deficiebant, illi ad martyrium properarunt: Sciens, ita animam servari, dum perditur: Sanguinem sacri, dum funditur, & acceptis, non inflicis, vulneribus, Christianam parari victoriam.

¶ Sancti tui Domine mirabile consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illæsi in aquis validis: * Terra apparuit arida: & in mari rubro via sine impedimento.

¶ Quoniã percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt, Terra.

Benedictio. Christus perpetua,

Lectio v.

Christum itaque palam professi, & Innaniam Deorum simulacra detestari, Deum verum libere prædicare cœperunt. Quare ad Militum Tribunal rapti, inde gravibus catenis onusti in tenebricoam, sædumque carcerem protrahuntur: ubi multis

ærumnis macerati, cum, nullis artibus, sive verborum blanditijs, sive beneficiorum promissis, sæpiusve repetitis supplicijs, à Sancto proposito dimoveri potuissent, varijs eruantur tormentorum generibus, quæ vel ipsum Tyrannum puduit publicari. Sed vero quippe prohibuit edicto, gesta sacrorum Virorum, sive quas passi sunt pœnas, sive quæ patrarunt miracula in apertum produci: tñ vero Gentilium versutia gloriosi agonis memoriam tentatit abolere; Christianorum nihilominus pietas studuit conservare.

¶ Verbera Carnificum non timuerunt Sancti Dei, morientes pro Christi nomine: * Ut hæredes fierent in domo Domini.

¶ Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut hæredes.

Benedict. Ignem sui amoris.

Lectio vj.

Illud vero in primis memorabile, quod, lata in eos capitis sententia, ubi ad supplicij locum pervernerunt, ante quam lictoris ictum exciperent, suæ fidei pignora eò præmiserunt, quò mox ipsi erant perventuri. Primus anulum, secundus orarium in altum profecerunt, quæ lenis auræ obsequio, splendescente auro, & candente linteo, cunctis intuentibus, ad Cælos evecta sunt. Vidit hæc ipse carnifex, qui manum repræsit hârens, & stupens; sed demum ictum peregit, ne periret Martyrum triumphus. Securi percusi juxta Civitatem Calagurritanam prope torrentem Arenalis tertio nonas Martij, ibidem sepulti sunt,

Vnde postea translati ad Ecclesiam
Cathedralem pridie Calendas Sep-
tembris, eo translationis die tamquā
Patroni miraculis illustres, præcipua
coluntur veneratione.

¶. Tamquam aurum in fornace pro-
bavit electos Dominus, & quasi holo-
causti hostiam accepit illos: & in tem-
pore erit respectus illorum: * Quo-
niam donum, & pax est electis Dei.

¶. Qui confidunt in illum, intelligent
veritatem: & fideles in dilectione ac-
quiescent illi. Quoniam.

Gloria Patri. Quoniam.

In iij. Nocturno, omnia de communi,
etiam Homil. ut in Breuiario. ¶. viij.
Hæc est vera fraternitas.

A D L A V D E S,

& per Horas, *Ant.*

Omnes Sancti, quanta passi sunt
tormenta, ut securi pervenirent ad
palmam martyrij. *Psalm.* Dominus
regnabit. *Cum reliquis de Dominica.*

Ant. Cum palma ad regna pervene-
runt Sancti, coronas decoris merue-
runt de manu Dei. *Ant.* Corpora
Sanctorum in pace sepulta sunt: & vi-
vent nomina eorum in æternum.

Ant. Martyres Domini, Dominum
benedicite in æternum. *Ant.* Marty-
rum Chorus laudate Dominum de
celis, Alleluia.

Capitulum.

Iustorum animæ in manu Dei sunt,
& non tanget illos tormentum mor-
tis. Visi sunt oculis insipientium mo-
ri: illi autem sunt in pace.

H Y M N V S.

Illa laus occulta non est,
Nec senescit tempore:

Missa quod sursum per auras
Evolarunt munera,
Quæ viam patere Cœli,
Præmicando ostenderent.

Illius fidem figurans
Nube fertur anulus:
Hic sui dat pignus oris,
Ut ferunt, orarium,
Quæ superno rapta statu
Lucis intrant intimum.

Per Poli liquentis axem
Fulgor auri absconditur,
Ac diu visum sequacem
Textilis candor fugit:
Subvehuntur usque in astra;
Nec videntur amplius.

Vidit hoc conventus adstans
ipse vidit carnifex,
Et manum sepræsit hærens,
Ac stupore oppalluit;
Sed tamen peregit ictum,
Ne periret gloria.

Hoc bonum Salvator ipse,
Quo fruamur, præstitit,
Martyrum cum membra nostro
Consecravit oppido:
Sospitent quæ nunc Colonos,
Quos Iberus alluit.
Sempiterna sit Beata.
¶. Exultabunt Sancti, &c.
¶. Latabuntur, &c.

A D B E N E D I C T V S.

Antiphona.

Vestri capilli capitis omnes nume-
rati sunt: nolite timere: multis passe-
ribus meliores estis vos.

Oratio.

D Eas, qui gloriosos martyres
Hemetherium, & Celedonium
in tui nominis confessione reborasti
conce-

concede propitius, ut quorum corpora veneramur in terris, eorum aspectu perfruamur in cœlis. Per Dñm.

AD TERTIAM

Antiphona.

Cum palma. *Cap.* Justorum animæ.

¶ *brev.* Lætamini in Domino, * Et exultate iusti. Lætamini.

¶ Et gloriamini omnes recti corde. Et exultate.

Gloria Patri. Lætamini in Domino.

¶ Exultent iusti in conspectu Dei.

¶ Et delectentur in lætitia.

AD SEXTAM

Antiphona.

Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt.

Capitulum. Sap. 10.

R eddidit Deus mercedem laborum Sanctorum suorum, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento dici, & in luce stellarum nocte.

¶ *brev.* Exultent iusti, * In conspectu Dei. Exultent.

¶ Et delectentur in lætitia.

In conspectu.

Gloria Patri. Exultent.

¶ Iusti autem in perpetuum vivent.

¶ Et apud Dominum est merces eorum.

AD NONAM

Antiphona.

Martyrum Chorus.

Capitulum. Sap. 13.

F lgebant iusti, & tamquam scintillæ in arundinetis discurrunt. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnavit Dominus illorum in perpetuum.

¶ *brev.* Iusti autem, * In perpetuum vivent. Iusti.

¶ Et apud Dominum est merces eorum. In perpetuum. Gloria Patri. Iusti.

¶ Exultabunt Sancti in Gloria.

¶ Lætabuntur in cubilibus suis.

AD VESPERAS

Antiphona.

Isti sunt Sancti, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt, & in sanguine Agni lavetunt stolas suas.

Psal. Dixit Dominus. Cum reliquis de Domini, & loco ultimi. *Psal.* Credidi. *Ana.* Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt re-promissiones.

Ana. Sanctorum velut aquilæ juvenis renovabitur: florebit sicut lilium in Civitate Domini.

Ana. Absterge Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, & jam non erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: quoniam priora transierunt.

Ana. In cœlestibus regnis Sanctorum habitatio est, & in æternum requies eorum.

Capitulum, & Hymnus, ut in primis Vesp.

¶ Exultabunt Sancti in gloria.

R. Lætabuntur in cubilibus suis.

AD MAGNIFICAT

Antiphona.

Gaudent in Cœlis animæ Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine. *Oratio ut supra.*

Non fit commemoratio S. Egidij, nec Sanctorum duodecim fratrum; nisi vero festum S. Egidij fuerit prima classis vesperæ integræ dicantur de eo cum commemoro.

memorat. Sanctorum Hemetherij, & Celedonij tantum, sed infra octavas fiet officium de Sanctis Hemetherio, & Celedonio mart. cum com. S. Agidij Confes.

DIE I. SEPTEMBRIS.

Secunda Infracctavam S. Mart. Hem. & Celed. semid. omnia ut in feflo praelectiones, quae in j. Noct leguntur de fcrip. occur. in ij. & iij. defumuntur ex Oct. Rom. per totam octavam.

R. j. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum: & jam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: * Quoniam priora transierunt.

R. Non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos Sol, neque ullus aestus. Quoniam.

Benedictio. Unigenitus Dei filius.

R. ij. Viri sancti gloriosam sanguinem fuderunt pro Domino, amaverunt Christum in vita sua, imitati sunt eum in morte sua: *. Et ideo coronas triumphales meruerunt.

3. Unus spiritus, & una fides erat in eis. Et ideo.

Benedictio. Spiritus sancti gratia.

R. iij. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia: *. Et meruerunt habere coronas perpetuas.

3. Illi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Et meruerunt.

Gloria Patri. Et meruerunt.

In secundo Nocturno.

Ex Epistola Sancti Cypriani Episcopi, & Martyris, ad Martyres.

Ex Epist. 25. Lect. jv.

Imposuerunt compedes pedibus vestris, & membra felicia, ac Dei

templa infamibus vinculis ligaverunt, quali cum corpore ligetur, & spiritus, aut aurum vestrum terri contagione maculetur. Dicatis Deo hominibus, & fidem suam religiosa virtute testantibus, ornamenta sunt ista, non vincula; nec Christianorum pedes ad infamiam copulant, sed clarificant ad coronam. O pedes feliciter vincti, qui non à fabro, sed à Domino resolvuntur. O pedes feliciter vincti, qui itinere salutari ad paradysum diriguntur. O pedes in saeculo ad praesens ligati, ut sint semper ad Dominum liberi.

R. Sancti tui Domine.

Lectio v.

Q Vis non libenter, & promptè calicem salutis accipiat? Quis non appetat gaudibundus, & lætus, in quo aliquid & ipse Domino suo retribuat? quis non pretiosam in conspectu Dei mortem fortiter, & constanter excipiat, placiturus ejus oculis, qui nos in congressione nominis sui desuper spectans volentes comprobant, adjuvat dimicantes, vincen-
tes coronat, retributione bonitatis, ac pietatis paternae remunerans in nobis, per quicquid ipse praestitit, & honorans, quod ipse perfecit?

R. Verbera carnificum non timuerunt.

Lectio vj.

Q Vis nunc vobis dilectissimi fratres, conscientiae victricis vigor? quae sublimitas animi? quae in sensu exultantia? qui triumphas in pectore? unumquemque vestrum stare ad ob-
promissum Dei praemium, de judicij die esse securum? ambulare, captivum quidem corpore, sed corde regnante, tir-

scire

scire Christum secum esse presentem, gaudentem tolerantia servorum suorum per vestigia, & vias suas ad regna aeterna gradientium? Planè, quia nunc vobis in precibus efficacior sermo est, & ad impetrandum, quod petitur, faciliior oratio est: petite impensius, & rogate, ut qui hic caritatis, & pacis vinculo copulati steterimus, pariter in regnis celestibus egaudefamus.

R. Tanquam aurum in fornace. 9.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evang. secundum Lucam.

Cap. 21.

Lectio vij.

IN illo tempore Dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis praelia, & seditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Et reliqua.

De Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Ex homil. 35. in Luc.

OMnia, quæ ad usum vitæ acceperimus, ad usum convertimus: cuius paræ; sed cuncta, quæ ad usum pravi facti infleximus, ad usum nobis vertuntur ultionis. Tranquillitatem quippe humanæ pacis ad usum vertimus: pereginationem certæ pro habitatione diligimus patris, salutem corporum redigimus in usum vitiorum, ipsa serenitas blandimenta aeris ad amorem nobis servire cogimus terrene delectationis. Iure ergo iustitiam, ut simul nos omnia feriant, quæ simul omnia vitij nostris male dubasta serviebant: ut quot prius in iijundo incolumes habuimus gaudia, tot de ipso postmodum cogamus sentire tormenta.

R. Propter testamentum Domini, & leges paternas, Sancti Dei persisteant in amore fraternitatis: * Quia nunc fuit semper spiritus in eis, & una fides. 7. Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Quia. *Benedictio.* Quorum festum colimus.

Lectio vij.

Quia autem cuncta hæc non de iniustitia ferientis sunt, sed de merito mundi patientis, facta prætorum hominum premittuntur, cum dicitur: Sed ante hæc omnia iniiciant vobis manus suas. Ac si aperte dicat: Prius corda hominum, & post elementa turbantur, ut cum rerum ordo confunditur, ex qua jam retributione veniat, demonstretur. Nam quamvis finis mundi ex ipso suo ordine pendeat, pervertiones tamen quosque inveniunt, quia digne ruinis illius opprimantur, innotescit.

B. Hæc est vera fraternitas quæ nunquam potuit violari certamine: qui effuso sanguine secuti sunt Dominum: & Contemnentes aulam regiam pervenerunt ad regna celestia.

7. Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Contemnentes. Gloria Patri. Contemnentes.

Nova Lectio de S. Egidio, ut in Brev.

In laud. comm. S. Egidij. Antiph.

Euge serve bone. 7. Iustum deduxit.

Oratio. Intercessio: Deinde *Sanctorum Duodecim Fratrum martyrum.*

Antiph. Iustorum est enim.

7. Letamini in Domino.

Oratio.

Fraterna nos Domine Martyrum tuorum corona lætificet: quæ & fidei

fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio consoletur. Per Dominum.

DIE II. SEPTEMBRIS.

Tertia infra octavam.

In secundo Noct.

Sermo Sancto Basilij Episcopi.

In Psalm. 115.

Lectio iv.

RE vera pretiosa est mors Sanctorum ejus, cum videlicet anima per vitæ istius curriculum ex purgata, ab omni eluvie, & inquinamento carnis emancipata, ac libertati reddita, nullam in se retinens maculam, aut rugam, duris, pio pietate, agnibus jam exantlatis probata, insignita corona justitiæ, per quæ hæc omnia admirabili decore virtutis interlucent Domino suo, atque omnium judici se præsentarit, lapide omni pretioso rutilantior, Dei munere eam adepta claritatem, quoniam pacto non censeri debet pretiosa hominis istius mors in conspectu Domini?

R. Sancti tui.

Lectio v.

EXitus itaque Sanctorum virorum est vitæ istius stadio ne lugeamus, imò fletu magis prosequenda venit ipsa Nativitas, & ex utero in hanc vitam progressio: naturæ etenim necessitas præscripsit nobis, & sanxit carnalis generationis ingressum: contra exitus atque hinc emigratio pretiosa est, & illustris, neque interim omnium talis est; sed eorum, qui vitam hanc suam Sancte, & juste traduxerunt. Itaque pretiosa est mors; non ita pretiosa nativitas, nam teste Apostolo, seminatur in ignobilitate, surgit in

gloria: seminatur in corruptione, surgit in incorruptionem.

R. Verbera carnificum non timebunt.

Lectio vj.

Pro legis Judaicæ ritu, si qui moriebantur, horum morticina habebantur abominationi; contra, mori si cuiquam interrogatur pro Christi nomine, pretiosæ censentur reliquæ Sanctorum ejus. In priori lege dicebatur Sacerdotibus, & Nazaræis illud: Non contaminabitur super ullo mortuo: & Si quis tetigerit cadaver, immundus erit, & hic lavabit vestimenta sua. Nunc, è diverso: Martyris ossa quisquis attigerit, ob gratiam corpori insidentem fit quadamtenus sanctificationis particeps; quare pretiosa est in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.

R. Tamquam aurum in fornace.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelij secundum Lucam

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri: oportet prius hæc fieri; sed nondum statim finis. Et reliqua.

De Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Sequitur; Trademini autem a parentibus, & fratribus. Minores suum dolorem mala ingerunt, quæ ab extraneis inferuntur. Plus verò in nobis ea tormenta sæviunt, quæ ab illis patimur de quorum mentibus præsumebamus: quia cum damno corporis, mala nos cruciant amissæ caritatis. Hinc est enim, quod de Juda tradit

to

more suo per Psalmistam Dominus dicit: Homo pacis meæ, in quo sperabam, & qui edebat panes meos, ampliauit adversum me supplantationem. Ac si dicat: Transgressionem ejus tanto gravius pertuli, quanto hanc ab eo, qui meus esse videbatur, sensi.

R. Propter testamentum.

14

Lectione viij.

OMnes ergo electi, quia summi capitis membra sunt, caput quoque suum in passione sequuntur, ut ipsos quoque adversarios in sua morte sentiant, de quorum vita præsumebant, & tanto eis crescat merces operis, quanto eis virtutis lucrum proficit, ex alienæ damno caritatis. Sed quia dura sunt, quæ prædicantur de afflictione mortis, protinus consolatio subditur de gaudio resurrectionis, cum dicitur: Capillus de capite vestro non peribit.

¶. Hæc est vera.

14

Lectione ix.

SCimus, fratres, quia caro incisa dolet, capillus incisus non dolet. Ait ergo martyribus suis: Capillus de capite vestro non peribit. Videlicet aperte dicens: Cur timetis, ne pereat, quod incisum dolet, quando & illud in vobis perire non potest, quod incisum non dolet? Sequitur: in patientia vestra possidebitis animas vestras. Idcirco possessio animæ in virtute patientiæ ponitur: quia radix omnium, & custosque virtutum patientia est.

Te Deum Laudamus.

DIE III. SEPTEMBRIS.

Quarta Infraoctavam.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Ambrosij Episcopi.
Serm. 77. 6. ad Rom.

Lectione iv.

EXemplo Martyrum didicimus Christo credere, didicimus contumelijs vitam aternam querere, mortem didicimus non timere. Videte ergo quid martyribus debeamus, in quo alter tortus est, ut alius salvaretur. Alter carnificem pertulit, ut Christum alter agnosceret. Alter morti addictus est, ut alius vita potiretur aterna: & ad postremum Sanctus occisus est, ut peccator evaderet. Beati igitur martyres nec sibi vixerunt, nec tibi sunt mortui: exemplum enim nobis reliquerunt, bene vivendo, conversationis; tolerando fortiter, passionis.

¶. Sancti tui.

7

Lectione v.

NAm idcirco Dominus per totum mundum diversis in locis pati martyres voluit, ut tamquam idonei testes nos præsentem quodam fidei exemplo suæ confessionis urgerent, ut humana fragilitas, quæ prædicationi Dominicæ aditu longiore vix credit, vel præsentem oculorum martyrio crederet beatorum. Cuncti igitur martyres devotissime percolendi sunt: sed specialiter Ij venerandi sunt à nobis, quorum reliquias possidemus: illi enim nos orationibus adjuvant, isti etiam adjuvant passione. Cum his autem nobis familiaritas est; semper enim nobiscum sunt, nobiscum morantur, hoc est, & in corpore nos viventes custodiunt; & de corpore recedentes excipiunt.

¶. Verbera carnificum.

8

B

Le

Lectio vj.

Cum Sanctis ergo Martyribus quiescentes, evadimus inferi tenebras, eorum proprijs meritis, attramen consocij sanctitate. Martyres enim inferni porta non possidet: quoniam eos paradisi regna suscipiunt. Nam videmus eos, utique jam regnare: cernimus enim ab ijs frequenter obsessos immundissimis Dæmonibus homines liberari, ita ut cœlesti medicina, & captiva anima de diaboli laqueis eruatur, & ipse diabolus vinculis igneis alligatus producat de sua captivitate, captivus, ut qui prædam paulò ante ceperat, ipse subdat in prædam. Hæc & alia potiora mirabilia per Sanctos fieri omnibus notum est, & ideo, fratres, veneremur eos in sæculo, quos defensores habere possumus in futuro.

8. Tamquam aurum.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam. *Lectio vij.*

In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Et reliqua.

De Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Per patientiam verò posidemus animas nostras: quia dum nobis ipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere, quod sumus. Patientia verò est, aliena mala æqualiter perpeti, contra eum, quoque, qui mala irrogat, nullo dolore noceri. Nam qui sic proximi mala portat, ut tamen tacitus doceat, & tempus dignæ retributionis quærat, pa-

tientiam non exhibet, sed ostendit. Scriptum quippe est. Caritas patient est, benigna est. Patiens est, ut aliena mala tolleret, benigna verò est, ut ipsos etiam, quos portat, amet.

7. Propter testamentum.

Lectio viij.

Sed quia Solemnitatem Martyrum hodierna die colimus, fratres mei, nequaquam nos à virtute eorum patientiæ existimare extraneos debemus. Si enim adjuvante nos Domino virtutem patientiæ servare contendimus, & in pace Ecclesiæ vivimus, & tamen martyrij palmā tenemus. Duo quippe sunt martyrij genera, unum in mente, aliud in mente simul, & actione. Itaque esse martyres possumus, etiam si nullo percutientium ferro trucidemur. Mori quippe à persequente, martyrium in aperto opere est: ferre verò contumelias obedientem diligere, martyrium est in occulta cogitatione.

9. Hæc est vera.

Lectio ix.

Probamus quotidie verum esse, quod ante nos dictum est: quia Sancta Ecclesia electorum floribus plena, habet in pace lilia, in bello rosas. Sciendum præterea est, quod tribus modis virtus patientiæ exerceri solet. Alia namque sunt, quæ à Deo; alia, quæ ab antiquo adversario; alia, quæ à proximo sustinemus. A proximo namque persecutiones, damna, & contumelias: ab antiquo verò adversario, tentamenta; à Deo autem flagella tolleramus. Te Deum laudamus.

DIE IV. SEPTEMBRIS.

Quinta Infracturam.

In secundo Nocturno.

Ser-

Sermo Sancti Gregorij Nysseni.

In 40. Mart. orat. 2. post init.

Lectio iv.

QUAE in coelestibus accidit miraculis, cum serena, ac pura nocte, stellarum decor alius per alium distinguitur, & ornatur, unaquaque earum suum splendorem ad communem ornatum caeli simul contribuent: tale erat Sanctorum spectaculum, verè, ut alicubi inquit Ezechiel Propheta, visio lampadarum inter se coeuntium, & quasi convolutarum. Quam pulchrum igitur tunc intuitibus erat spectaculum? pulchrum, inquam, ijs, qui pulchra, atque praelara contueri volunt: pulchrum Angelis, pulchrum supra mundanis virtutibus: acerbum verò Dæmonibus, & quotquot Dæmonum cultum amplectebantur: homines, si modo homines dicendi, qui tanta magnitudine indolis excelluerunt, milites Christi, Sancti Spiritus armigeri, fidei antesignani, turres divinae Civitatis.

Sancti tui.

5

Lectio v.

QUAE omnem tormentorum poenam, atque contumeliam, omnes terrores ingruentes, omnem minarum vim tamquam puerilem quandam amentiam deridebant: perinde ac si non corpora verberibus praeberent, sed corporum vimbras: qui cum carne carnem devicissent, & contemptu mortis, omnes tyrannorum terrores magnitudine animi superassent, humana conditione superiores visunt. O qui praelare corporis trophæis excitati; qui peritiam bellandi in aciem adversus diabolum instructa

transulerunt: non gladio manus armantes, neque clypeum ligneum obicientes, sed armaturam Dei sumentes, quam Prator, & Dux Ecclesiae, divinus ille Apostolus describit, scutum, & lorica, & galeam, & gladium, ita tendebant adversus copias adversariorum. R. Verbera carnificum. 8

Lectio vij.

DUX autem erat, horum quidem coelestis gratia; Diaboli autem aciei, Is, qui mortis imperium tenet. Locus eis aciei, nefariorum, & sanguinariorum tribunal erat: illic congressi decertabant, illi quidem minis pugnam lacescentes; hi vero per patientiam propulantes, & resistentes. Ignis sub hac intetabatur, & gladius, & barathrum, & quaecumque sunt alia nomina suppliciorum. Una vox ad haec omnia audiebatur, CHRISTVS, quem ore Sancti illi confitebantur. Hoc erat adversariorum vulnus: hanc cuspidem adversarijs objiciebant: per hanc vocem in medio corde vulnus adversarius accepit. Hic est lapis, qui per manum Davidis fundâ emittebatur, qui à galea adversarij, quo destinatus erat non aberravit: nam Christi cōfessio boni militis fundâ existit: cadit inimicus, & caput amittit. R. Tamquam aurum.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij secundum

Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore: dixit Iesus discipulis suis: Cum audieritis praelia, & seditiones nolite terri: oportet primum haec fieri: sed nondum statim finis. Et reliqua.

De Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Sed in his omnibus tribus modis vigilantia oculo ſemetipſam debet mens circumſpicere, ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionē mali: ne contra tentamenta adverſarij ſeducatur ad delectationem, vel conſenſum delicti: ne contra flagella opoſitis ad exceſſum pronuat murmuratiōis. Perfecite enim adverſarius vincitur, quando mens noſtra, & inter tentamēta ejus ad delectationem, atque conſenſum non trahitur: & inter contumelias proximi cuſtoditur ab odio: & inter flagella Dei compeſcitur à murmuratiōe.

R. Propter teſtamentum Domini. 14.
Leſtio viij.

Nec hæc agentes, retribuī nobis bona præſentia requiramus: nam pro labore patientiæ bona ſperanda ſunt ſequentis vitæ, ut tunc præmium noſtri laboris incipiat, quando omnis jam labor funditus ceſſat. Vnde & per Pſalmiſtam dicitur: Non in finē obli-vio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem. Quafi enim per-riſſe patientia pauperum cernitur, cū nihil pro illa in hac vita humilibus recompensatur. Sed patientia paupe-rum in finem non peribit: quia tunc ejus gloria percipitur, cum ſimul om-nia laborioſa terminantur.

R. Hæc eſt vera fraternitas, qua numquam.

Leſtio ix.

Servate ergo, fratres, in mente pa-tientiam, eamque cum res exigit, exerceite in operatione. Nullum ve-ſtrum ad odium proximi contume-lioſa verba commoveant, nulla peri-

turarum rerum damna perturbent. Si enim fixa mente manſura damna per-timeſcitis, damna rerum tranſcuntium gravia non putatis. Si æternæ retribu-tionis gloriam concupiſcitis, de tem-porali injuria non doletis. Tolerate ergo adverſarios veſtros: ſed ut fratres diligite, quos toleratis. Æterna præ-mia pro damnis temporalibus quarite. Nec quiſquam veſtrum ſuis ſe viri-bus hanc implere poſſe confidat: ſed obtinet precibus, ut ipſe, hanc qui imperat, præſtet.

Te Deum laudamus.

DIE V. SEPTEMBRIS.

Sexta Inſrabdaram.

In ij. Noct. Tres leſt. S. Auguſt. Quoties-cumq; fratres, ut in Brev. eodē communi.

In tertio Nocturno.

Leſtio Sancti Evangelij ſecundū Lucam.

Leſtio vij.

In illo tempore: dixit Jeſus diſcipu-lis ſuis: Cum audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri: oportet pri-mum hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 6. in Luc. 21.

Capillus de capite diſcipulorum Domini non peribit, quia non ſolum fortia quæque geſta, vel dicta Sanctorum, de quibus dicitur: Domi-nus cuſtodit omnia oſſa eorum; ſed & volatilis, ut ita dicam, ac tenuiſſima cogitationum fideliū ſuperficies, quæ de occulta cordis radice, quaſi de ce-rebro caſaries exit, apud juſtum Ju-dicem conſervata digna mercede do-nabitur. R. Propter teſtamentum. 14

Le-

Lectio viij.

VNde recte Propheta, ut bonorum etiam cogitationum merita Domino, quam sint accepta, demonstret: & reliquæ, inquit, cogitationum diem festum agent tibi. Vnde etiam Nazareni in lege tempore consecrationis comam nutrire jubentur, & novacula super caput Samuel non ascendisse perhibetur. At contra mulier captiva, ut viro Israelitæ nubere queat; mundatus à lepra, ut Ecclesiæ communicare mereatur, omnes sui corporis pilos præcipiuntur eradere.

R. Hæc est vera.

14

Lectio ix.

QVia videlicet omnis sapientium cogitatio, quæ bona, placens, & perfecta est, salvatur, & perpetuum, & apud Dominum est merces ejus: stultorum vero, pravorumque quasi Dei aspectibus indigna radix, operum cogitatio poenitendo debet excidi. Et in patiëtiâ vestra possidebitis animas vestras: Sic enim conditi mirabiliter sumus, ut ratio animam, & anima possideat corpus; jus vero animæ à corporis possessione repellitur, si non prius anima à ratione possidetur. Custodem igitur conditionis nostræ patientiam Dominus esse monstravit, qui in ipsa nos, possidere nos metipsos, docuit. Te Deum laudamus.

DIE VI. SEPTEMBRIS.

Septima Infractavam.

In ij. Noct. Tres lect. de Serm. S. Iohannis Chrysostomi. Nemo est, qui nesciat, &c. ut in Breviar. eod. communi.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij secundum

Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore: dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis prælia, & seditiones, nolite terri: oportet primum hæc fieri, sed non dum statim finis. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrosij Episcopi.

In Luc. lib. 10. cap. 21.

QVia in occasu sæculi sumus, præcedunt quædam ægritudines mundi. Ægritudo mundi est fames, ægritudo mundi est pestilentia, ægritudo mundi est persecutio. Sunt autem & alia bella, quæ vir sustinet Christianus; diversarum prælia cupiditatum, studiorumque confictus, multoque graviores domestici hostes, quam extranei. Nunc avaritia stimulat, nunc accendit libido, nunc metus terret, nunc iracundia exagitat, nunc ambitio movet, nunc terrere tentant spiritalia nequitia, quæ sunt in cœlestibus.

R. Propter testamentum.

14

Lectio viij.

ITaque quasi quibusdam urgetur prælijs, & quibusdam terræmotibus quatitur mobilis animi nutantis affectus: sed fortior dicit: Si consistent adversum me castra non timebit cor meum: Si exurgat adversum me prælium in hoc ego sperabo: stat in acie ferens, hosti obvium pectus: etiam si quis Goliath exurgat immitis, atque præcellus; timentibus tamen cæteris, exurgit humilis quasi David Regis abjiciens arma terreni, sumens fidei tela leviora, & triplici sparto jaculum pura confessionis intorquens persecutoris vulnerat imprudentiam, contemptor minarum, negligens potestatum:

etiam

etiam idoneus, in quo Chriftus loqua-
tur. R. Hæc eft vera.

14

Leftio ix.

A Libi, Chriftus, alibi Pater, alibi
Spiritus loquitur Patris; non dif-
cordant ifta, fed congruunt. Quod
unus loquitur eres, loquuntur: quia
vox una eft Trinitatis. Huic victori,
qui fuo, Goliam gladio peremerit,
dum mortem pro Chrifto excipit, fu-
gatis Allophylis, occurrunt iuven-
culæ, illæ fcilicet ficut aquilæ dicentes:
Percuffit Saul in millibus, David in
decem millibus; quo indicio eft, Vi-
ctores ſæculi Principibus anteferri.
Denique mortuis Regibus in perpe-
tuum Martyres regnum, cœleftis gra-
tiæ honore ſuccedunt: & illi fiant lup-
plices, hi Patroni. Te Deum.

Vefpera diei octavar, ut in primis fefti.

DIE VII. SEPTEMBRIS.

*Octava Sanctorum Hemetherij, & Cele-
donij, duplex: Si veneris in Dominica de
illa fiat commemoratio, ut ſupra notatur.*

In ſecundo Nocturno.

Sermo Sancti Fulgentij EPiſcopi.

Serm. 10.

Leftio iv.

D Eleſtat videre campos ſegetum
aureis maturatis calamis ariſta-
rum, delectabilius libet attendere
campos Eccleſiæ Martyrum micantes,
plantatos de uno cruore per Agni ſan-
guinem innocentem. Segetes etenim
ſunt paſſiones Martyrum, juxta cur-
ſus aquarum rigati fontibus lacryma-
rum: nam ſic modo beatus David
Martyrum purpurata germina, & ante
meſſores gaudiorum tamquam anceps
ſecanti meſſoria cythara decantabat;
Qui ſeminant, inquit, in lacrymis, in
gaudio metent. Vbi ſeminant in la-

crymis, niſi juxta arborem Crucis, ubi
eſt ſons proximus Salvatoris?

R. Sancti tui.

5

Leftio v.

I Nda de latere ejus ſanguinis guttæ
ſtillarunt, & pluvia cruoris, & aqua
ſeminata eſt tolerantia. Confefſorum.
De ipſo ligno virentis Crucis juxta
fontem ſanguinis plantata virginitas
floruit caſtitaris: inde plantata Mar-
tyrum tolerantia, cœpit ſeminis ſui
germina colligere purpurata: nam
unde Martyres tolerat, niſi per Domi-
nicam Crucem? unde Martyres, in
quorum cordibus lex Dei eſt, maledi-
ctiones non timent hominum, niſi
quia Chriftus dominus pertulit pati-
ter improperia Judæorum? Iſta ergo
ſeminatio ſanguinis Chriſti fecit ſemi-
na Martyrum pullulare in campo ma-
tris Eccleſiæ, & dicit David: Qui ſe-
minant in lacrymis, in gaudio me-
tent: Euntes ibant, & flebant.

R. Verbera carnificum.

8

Leftio vj.

S IC perrexerunt, quomodo rever-
tuntur? non flentes, ſed gauden-
tes: non adhuc ſeminantes, ſed mani-
pulos ſuos ſera cervice portantes. O
germina, quæ non urit flamma: quia
juxta flumen ſunt vitreum in Jeruſa-
lem, & perpetuo viſceſcant flore im-
mortalitatis vitæ æternæ. Neſciunt
marceſcere, quia non timuerunt pro
juſtitia flammis arderi, quia Agnus de-
ducet eos ad vitæ fontes aquarum, &
delebit omnem lacrymam ab oculis
eorum, & florebut ſicut lilium in
medio Angelorum.

R. Tamquam aurum,

9

In

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij secundum

Lucam.

Lectio viij.

IN illo tempore: dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis praelia, & seditiones, nolite terreri: (portet primum hæc fieri, sed non dum statim finis. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Serm. 14. lib. 5. o. hom.

Dominus noster Jesus Christus testibus, id est Martyribus, suis pro humana fragilitate sollicitis, ne forte eum confitendo, atque moriendo perirent, magnam securitatem dedit, dicens: Capillus de capite vestro non peribit. Times ergo, ne pereas, cujus capillus non peribit? Si sic custodiantur superflua tua, in quanta securitate est anima tua? Non perit capillus, qui cum tondetur non sentis, & perit anima, per quam sentis? Sane multa dura eos passurus esse prædixit, ut prædicando faceret paratiores, dicerentque illi: Paratum cor meum.

R. Propter testamentum.

14

Lectio viij.

Quid est, paratum cor meum, nisi parata voluntas mea? Paratam ergo habent Martyres voluntatem in martyrio, sed præparatur voluntas à Domino. Illis autem in malis duris, atque asperis futuris commemorans adjecit: In patientia vestra possidebitis animas vestras. In vestra patientia, inquit, Non enim esset patientia tua, si non ibi esset, & voluntas tua. In

vestra patientia: sed unde vestra? Nostrum est, quod à nobis habetur: nostrum est, & quod nobis donatur. R. Hæc est vera.

14

Lectio ix.

Quomodo enim aliquid donas, nisi ut ejus sit, cui donas? Aperta est enim illa confessio: Nonne Deo subijcietur anima mea: ab ipso enim est patientia mea? Dicit nobis ipse: In vestra patientia. Dicamus illi & nos: Patientia mea ab ipso est. Tuum fecit donando, noli ingratus esse, tibi assignando. Nonne in oratione Dominica dicimus, & nostrum esse, quod à Deo est? Quotidie dicimus: Panem nostrum quotidianum. Jam dixisti: Nostrum, & dicis: Da nobis. Ecce nostrum, ecce da nobis. Illo dante, sit nostrum. Te Deum laudamus.

Vesperæ integræ de Nativitate B. Mariæ, cum comm. octave.

Missa in utroque festo, & per octavam, Intret in conspectu tuo de communi, sed oratio propria, ut supra, & dicitur Credo: In Natalitijs, Graduale, & Tractus, ut in festo Sanctorum XL. Martyrum 10. Martij: in Translatione Graduale, & versus, ut in festo Sanctorum Ioannis, & Pauli, 26. Junij: In Votivis tempore Paschali. 3. Pro Alleluia, ut in festo Sanctorum Nerei, Achillei, &c. 12. Maij.

Per annum inter communia Sanctorum suffragia, fieri potest de Sanctis Hemetherio, & Celedonio consueta commemoratio, in tota Diacepsi generaliter, quia sunt Patroni.

XXIV
DECRETVM SACRÆ CONGREGATIONIS.

Supradictas Lectiones cum Hymnis, & Oratione proprijs SS. Hymethrij, & Celedonij Martyrum Sacra Rituum Congregationi exhibitas, visas, & attente recognitas, referente Eminentiss. & Reverendiss. Domino Cardinali Sacchetti, eadem Congregatio ad instantiam Episcopi, Capituli, & Diœcesis Calagurritana Ecclesiæ approbavit, & in Ecclesia, Civitate, & Diœcesi prædictis, in Officio Translationis recitari, & ob id etiam imprimi posse concessit. Die 19. Septembris 1654.

Carolus Episcopus Ostiensis Cardinalis Medices.

Locus ✕ Sigilli.

Franciscus Maria Phœbens, Sac. Rit. Cong. Secr.

CALAGVRRITANA.

Capitulum, & Clerus Cathedralis Ecclesiæ Calagurritanæ à Sacra Rituum Congregatione postularunt, Num in Officio Sanctorum; Martyrum Hymethrij, & Celedony (quod in tota Diœcesi die martyrij eorundem Sanctorum celebratur) recitare possent lectiones cum hymnis, & oratione proprias à Sacra Rituum Congregatione approbatas, pro die Translationis Corporum eorundem Martyrum, & An pro festo Translationis prædictæ, in quo tamquam de Patrono principali cum octava celebratur Officium proprium præfatum, cum lectionibus secundi, & tertij Nocturni, pro diebus infraoctavam, & octava, desumendis ex Octavario Romano, typis mandare possent, & Sacra Rituum Congregatio affirmative respondit. At alteri quesito, An scilicet de Patrono Diœcesis fieri posset commemoratio inter communia Sanctorum suffragia, respondit, posse, sed minimè cogendos, qui recusaverint. Die 8. Aprilis 1656.

I. Episcopus Sabinen. Card. Sacchettus.

Loco ✕ Sigilli.

Franciscus Maria Phœbens, Sac. Rit. Cong. Secr.



